



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte, Societatis Jesu**

**Lamparter, Heinrich**

**Jngolstadii, 1662**

Epistola XXII. Ad D. Petrvm De Reynoso.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43978**

## EPISTOLA XXII.

AD D. PETRUM DE REYNOSO.  
SOLATUR EUM IN AD-  
VERSIS.

**N**ON leuem animo cōsolatio-  
nē ex literis tuis accepi, cū  
intellexi, sedatas esse tēpestates ac  
turbas, quibus jactata fuit fundatio  
Gonventūs Recollectarū Palentię,  
Verē digitus DEI hic est: Progno-  
stica sunt tam persecuciones prete-  
ritæ, quàm præsentia bona initia,  
magnorum bonorum, quæ Domi-  
nus noster ex hoc Coetu colliget, &  
incrementorum gloriæ DEI, qui  
delicias suas in huiusmodi hortis,  
ac velut cęstivis, invenit. Placuit mi-  
hi consiliū tuū, citò perficiendi, ut  
religiøsæ illæ animæ rāto maturiūs  
suis limitibus inclusæ cōtineantur.

Molestiæ tuæ, quibus te premi ais,  
magno affecerunt me sensu. Bene-  
dictus DEVS, qui te ducere vult per  
vias quidem fastidiosas, ipsi tamen  
haud

haud invisas: siquidē & Apostolus  
per easdē incessit: foris, ait, pugnae,  
intus timores. Et Sanctus Sanctorū  
se tam in corpore, quā animo ita  
ærumnis constrictū vidit, ut excla-  
mârit: *salvum me fac, DEVS, quoniā  
intraverūt aqua usq; ad animam meā.*  
Et in cruce: *DEVS meus, DEVS meus,  
ut quid dereliquisti me?* Videris tibi  
derelictus, sed Dominus tui nō est  
oblitus, utpote, qui in manibus suis  
descripsit te: quia Servator ipse in  
cruce præsentis habuit tuos labo-  
res, eosque æterno Patri obtulit, ut  
vires tibi ac robur ad eosdē ferēdos  
largiatur. Quare omnes tuas mole-  
stias unum in fascem colliga. easq;  
Salvatoris nostri ærumnis atq; la-  
boribus junctas, DEO representa:  
certā spe fretus, non defuturū ejus  
auxiliū, donec olim dicere possis:  
*Transivimus per ignem & aquam, &  
eduxisti nos in refrigerium.*

Non est exiguus defectus, carere ho-  
mine, quicum tua communices: sed ab  
hominibus derelicto divina gratia non  
deest.

304 *Epistola quædam P. Ludovici &c.*  
deest. Cave autem valetudinem tuam ne-  
gligas, quam salvam esse cum tua, tum  
aliorum interest: tuâ quidem, ne labori-  
bus succumbas; aliorum verò, ut serven-  
tur, ac si quæ oriantur difficultates, com-  
ponantur. Ego, si quid hinc præscribere  
possem, & ordinare, hoc imprimis ordina-  
vero & præscripsero, ut quoad ea, quæ  
valetudinem tuam concernunt, obedias  
illi Famulæ DEI, quæ domûs tuæ curam  
gerit: si enim absit, qui tui curam gerat,  
brevi te conficies; & si te non increpet,  
parùm proficiet, quisquis te curaverit. Si  
quid per literas mecum communicare  
velis, respondebo promptissimè. Domi-  
nus noster copiosum tibi Spiri-  
tum largiatur. Amen.

*Omnia ad majorem DEI gloriam.*

ERRATA SIC EMENDANDA.

Pag. 92. v. 4. usquã. lege. unquã. ibid. v. 6.  
æquẽ. l. ægrẽ. p. 159. v. 12. Arde. l. Vre.  
P. 165. v. ult. non. l. nostra. P. 171. v. 7. à fine.  
quia. l. quin. P. 175. v. 3. à fin. hoc à ei. l. hoc ei  
P. 188. v. 5. meliorem. l. meliora. P. 289. v. 8.  
à fine, pene. l. pæne. P. 314. v. 4. à f. quod.  
l. quo. P. 358. v. 14. verè, l. verò. P. 362.  
v. 5. sepelierunt. l. sepelierint. P. 372. v. 3.  
anno 1624. l. 1626. P. 390. v. 7. à fin.  
orationem. l. rationem. P. 471. v. 12.  
quantæque, lege, quantæ,